

121.

Nobilissimo clarissimoq. Viro  
D. Constantino Hugonio, Zubertini Domino,  
Caspar Barlaeus S. P. D.



Dolui & tibi condolui vosdementer, afflictissime Hugonij, ubi  
ad me tristissimum de uxoris tuae dilectissimae obitu nuntium  
perlatum fuit. Apstis eam laborare in illudrum, et modo mitius  
caele sabre, modo prius, luctantibus inter se naturam & morbi  
viribus. Tandem prevaluit morbus, et de purpura triumphavit  
fatalis novissitas. Crede, mi Hugoni, optimum illum esse  
rerum eventum, quem deus probat. quicquid vult ille, nostrum  
quoque est velle. nec pius est, da nolle, quam non vult nos nolle.  
aequiescendum nobis, quodcumque tandem moventi. quicquid a  
solo et summo bono est, quid nisi bonum est? nos in praesens, ille  
loage in futurum prospicit, et rationis facti sui aperit  
stam tunc, cum desiderunt esse, qui capiant. Magna domus  
mundus est. ille paterfamilias, qui domum istam in duas  
partes disposuit, alteram et elementarem. Has ordine  
insabitari cupit, ita ut ab elementari in alteram transito  
fiat; nec prius in saec, quam in illa longius brevitate  
steterimus. In elementari homines hominibus iungimur.  
In altera vero et intelligentis. Illa mortalitatis sedes est,  
saec immortalitatis. illa negotiorum, saec otiorum; illa doloris  
non unius officina, saec gaudij statio tutissima. Est in  
eadem tecum uxor domo. sed successit in partem meliorem.  
cohabitatio illi, et eadem quo illa tergo etiam non legere.  
Extulisti illam et domo tua, quae privata est, sed non  
et publica, quae univrsorum est, quia ipsum univrsum est.  
Habitant in diversis Aulae partibus Principes et principum  
coniuges. idem tibi iam conligere cogita. nec prohibitu  
illam adire voto, affectu, mente. Arctior animorum est  
coniunctio, quam corporum, et cogitatione amplectitur  
anima fortius, quicquid diligit vosdementer. Qui  
progre abeant, spe reditus solantur amicos. Abijt et  
illa, sed ut rediret et te videret loco et statu beatiore.  
nec mora erit longa. si ad aeternitatem respicias, cuius

omne futurum est pars, iam redit. nescit illa quod praeterit,  
et quod post venturum est praesenti, et durationum intervallo  
per fidem confundit. Si dolos surreptam, ergo surreptam  
quicquid oculis surripitur. tua est, qua tua nunc fuit.  
nec aliter esse vult aut potest, qua nunc quoque meminisse  
se tuam fuisse. Divortium thalami si fuit mors, non fuit  
omne. est coniugium divortij minime capax. Socerium est.  
Saturni copula irrupta est, et viget quam maxime inter disruptos.  
Ubi coniux coniugem videt, minus attente illam cogitat. ubi non  
videt, oculis illam animi intuitur consideratius. magna et  
vehemens res desiderium est. occupat, quod non habet. tenet  
remota. et fruitur absentis boni valida persuasione. Si  
soli tibi esse innotuit, vixisti sine illa in mundo.  
vixisti sine illa ante illam. quod factum sapiens, hoc repente  
durus tibi et molestum videtur. Nec solus es, qui matris  
exactissima insperata plurima habes, in quibus virtutum  
matronarum ideas agnoscas et simulacra. Haec contemplare,  
nec des sine socia. modestia, cura, prudentia, fides, comitas,  
et quam primo nominasse debebam pietas, uxoris tuae  
fuerunt idcirco rudes. Harum virtutum semina transfudit  
in liberos, qui cum adoleverint, renatam in illis coniugem tibi  
gratulaberis. At crepta est, inquis, liberis mater. at non  
pater. aliterum dicit aliquando novissimum fuit. cum simul  
dici nolint fata, patrem concedi is diutius acquisitum.  
Quod matris est, illa praestat. prolem edidit, lactavit, nutrit.  
Ad res magnas praerere, monitis, exemplis dirigere nascentem iuven-  
tutem, fletu luxuriantes animos, ubi et res callidam monstrare  
dicitur est, quam superstitum sinunt fata. Defuncta est illa  
partibus suis. ubi illa et mater et nutrix desit, tuum est  
incipere. Non vis perpetuo matrem esse, hoc est miseriam. Ita  
enim iudico, miseriam esse matronarum vicem, et contra  
malis affligi sexum istum, quoad gignendis liberis vacat.  
Inter ista, dic sodes, cupides illam immortalis esse. Expeti-  
vit illam clementia divina is malis per gratiam, quibus  
illam impediret per naturam. Tibi si desit boni commo-  
dum, illi accessit plurimum. quicquid lucrata est illa, tuo  
quoque in lucro deputata. Communis est coniugum felicitas,  
communis iactura omnis et lucri fors. Quantum doleris,

quantum ingemiscis, tantum minus affici vidis diu inconcussa  
felicitate. Expertus didici, nullum esse sedando dolori potentius  
remedium, quam si rationum cumulo obruatür. Tunc disputa,  
& morti dic: rapuisti meam, sed et plures: rapuisti optimam,  
sed et plures: rapuisti intempestive, sed et alias: rapuisti, sed  
necessitate: eripuisti mihi, ut Deo redderes; eripuisti liberis, ut  
Christi iungeres; eripuisti amicis, ut beatis meritis inferens.  
Tibi dic: non est sic, ne debet usque esse: fuit, quia fuisse solus est.  
erit, quod fuit; erit, qualis non fuit, quia gloriosior est. Dic:  
uxorem amisi, sed quam plurimorum liberorum fecit parentem: familiam  
et rei domesticæ administratam, quam me curatore in famulas transferri  
potest: thalami consortem, qui vixi sine thalamo: dolorum ludamam,  
quæ et hanc argumta: gaudij participem, quo iam solus fruar  
vita a seclam, sed quam mortalem scivi. amisi inopinatio; at  
proficere hoc non tantum potui, sed et debui. Hæc autem simili  
mentis contentione castigabis primo, mox franges, tandem ad id  
doloris vim & de queruli amoris causa victor triumphabis.  
Hæc pauca tibi firmando scripsi, quem et natura satis  
fortem novit et a sapientia præceptis abunde instructum.  
Si quæ desint, post admissa in animum Christianæ religionis  
solata, sinteam ladi et Epistolum. et illos si oculo vel  
mente legas, lugubis minus. Vale virorum clarissime  
& cordatissime. Amstelod. xxiv May. 1637.

*[Handwritten signature]*

155

De mis gell  
mis gell Constantinus  
huijgen, fiddel, gell was  
Lugss, Constantius was jine  
gell gell



for

gell